

dignitas de fonte nascitur pietatis. Cur ergo hoc scelerato lavacro utar? Et cum me ex eodem luto ostendam et comprobem propage (!). Cur non preponam salutis meae salutem populi innocentis et ab effusione sanguinis innoxii sententiam crudelitatis excludam? Sic semper nostra contra hostes certamina in proeliis exitisse noscuntur, ut reus esset legibus et capitali sententiæ subderetur, quicumque aliquem occidisset infantem. Eratque hoc statutum in bello, ut facies quam pubertas non noverat, gladium evaderet bellatoris et vitæ incolomis (fol. 57v) permaneret. Nunc itaque quod in hostium filiis custoditum est, in filiis nostrorum civium exercemus ut simus nostris legibus rei atque captivitate animæ et conscientiae captivabitur (!), qui pugnando fideliter omnium gentium meruimus esse victores. Quid iuvat barbaros superasse, si a crudelitate vincamur? Nam vicisse extraneas nationes bellatorum virtus est populorum. Vincere autem vitia et peccata vel crimina virtus est morum. In illis ergo proeliis fortiores exitimus aliis, in his autem nobis ipsis fortiores sumus cum vincimus metipsum nos, dum malam nostram voluntatem excludimus et quod inconsulte desideramus consulte et utiliter execramus. Hoc autem facimus, quando voluntates deorum nostris voluntatibus anteponimus, et divinis desideriis obvia nostra desideria impugnamus. In hoc certamine victos nos esse hac ratione gaudemus, ut agnoscamus nos contra nostram salutem voluisse pugnare. Nam qui conatur perpetrare quod malum est, captivare utique studet bonitatem. Cum ergo isto fuerit certamine superatus victoriam optinet victus, quoniam victor perditionem invenerat, et malam captivitatem (fol. 58) incurrerat post triumphum. Si tamen triumphus dici potest, quando pietas ab impietate vincitur, et iustitia ab iniustitia superatur. Vincat ergo nos pietas in isto congressu; bene omnium adversantium poterimus esse victores, si a sola pietate vincamur. Omnium etenim se esse verum dominum comprobant, qui verum servum se ostenderit pietatis. Cum ad istam contionem omnis exercitus omnisque populus diutissime acclamasset. Item contionatus dixit. Iussit romana pietas filios suis matribus reddi, ut dulcedo reddita filiorum amaritudinem lacrimarum maternas obdulcet. Et haec dicens, iter quod arripuerat eundi ad capitulum deserens ad palatium redit (!). Non solum autem filios reddidit, verum etiam dona amplissima et vehicula infinita et annonas iussit expendi, ut quae flentes venerant et lugentes ad patriam alienam, alacres cum gaudio reverterentur ad suam. Hac igitur transacta die nocturno regi facto silentio somni tempus advenit, et vidit per visionem assistentes et dicentes sibi. Nos sumus petrus et paulus apostoli christi.

Es ist offensichtlich, daß in der Rede Konstantins Wir und Ich für den Kaiser in naivem Wechsel verwendet werden, und der Redaktor der Konstantinischen Schenkung hat von solcher Vorlage her gewiß nicht einen Impuls erfahren, einen Brief Konstantins strikt auf die Singularform für den Imperator durchzustilisieren. In der Fälschung ist der analoge Abschnitt wesentlich kürzer gefaßt und lautet umgesetzt in die erste Person¹⁹⁾: (§ 6) *exhorruī facinus misertusque eis, proprios illis restitui precipimus filios suos, datisque vehiculis et donis concessis, gaudentes ad propria relaxavimus.* (§ 7) *Eadem igitur transacta die, nocturna nobis facta silentia, dum somni tempus advenisset, adsunt apostoli, sanctus Petrus et Paulus, dicentes mihi.* Für Gericke sind sämtliche Pluralerwähnungen des Kaisers spätere Einschübe, denn die Primärform des C. C. sei „vielleicht . . . nichts anderes als ein fingierter Brief Konstantins“ (S. 9) und ganz auf den Ich-Ton abgestimmt gewesen. Angefertigt sei dieser Urkern mit den Ich-Formen für den Kaiser 754 in St. Denis „von Stephan und seinen Klerikern“ (S. 6), die den Text der Silvesterlegende von „den Mönchen des fränkischen Klosters“ erbeten hätten, was ohne Zweifel entweder schwierig oder leichtsinnig gewesen sein

¹⁹⁾ Zeumer S. 50, 90—51, 95.